

LIBER

huius artis magisterium & proficuum
inquirendo artem interimunt, & ea
ponunt non esse. Ponemus igitur om-
nes rationes illorum, et postea ipsas
destruemus euidentissime. ita quod
prudentibus satis aperte patescat, nul-
lam illorum sophismata veritate co-
tinere. Et tunc disputabimus super
principia naturalia quae sunt de in-
tentione naturae: & ibidem super mo-
do generationis et mixtionis eorum
ad inuicem ab opere naturae. Tertio
super eorum defectu, secundum anti-
quorum philosophorum scientiam.
Quarto uero narrabimus principia
que sunt ad intentionem huius nostri
operis, in quibus imitar in natura pos-
sumus. & modum miscendi & alte-
randi secundum cursum naturalem
cum causis suis ad intentum nostri ope-
ris reducendis.

SERMO GENERALIS In executione primi capituli de im- pedimentis huius artis.

Caput iij

SVnt ergo impedimenta
huic operi supuenientia
duo generalia Naturae
s. i. potentia: & nece-
sarie indigentia defectus
u. P occupationis laboris
Naturaliteramen impo-
tentiam, multiplicem esse dicimus. Ex
parte scilicet organi artificis, & ex parte
animae. Ex parte etiam organi artificis
multiplicit. Vel quia organum sit debi-
le, vel extoto corruptum. Ex anima de-

nique impotentijs multiplicis, vel quia
sit anima peruersa in organis propter
organa nil rectitudinis vel rationis in-
se habens, sicut anima insanii vel fas-
tui, Vel quia sit fantastica, contraria
rum facile formarum susceptiva inde-
bite, & devno scibili ad eius oppositum
extensiua subito. & devno uni-
uersali ad eius oppositum verisimi-
liter.

SERMO PARTICULARIS de impedimentis huius operis ex parte corporis artificis

Caput iiiij

SAm tibi generaliter des-
terminauimus huius o-
peris impedimenta. Nunc
uero speciali sermonete
aliquantum in hoc cas-
pitulo, et magis apte, &
narrabimus tibi oia illa
impedimenta plenissime seriati. Di-
cimus igitur: q si quis non habuerit sua
completa organa, non poterit ad huius
operis complementum peruenire de se,
velut si cecus fuerit, vel in extremis
detruncatus quoniam non iuuatur a
membris, quibus mediatis ars haec
perficitur, tanquam naturae ministri
tibus, Si vero fuerit artificis corpus
debile & egrotum, sicut febrentium
vel leprosorum corpus. quibus mem-
bra cadunt, & in extremis vite labora-
ti, & iam etatis decrepitae senectus ad ar-
tis complemetum non perueniunt. His igit-
tur naturalibus corporis impotentijs
impeditur artifex in intentione sua,